



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 115. Senonensis Archiepiscopi Declaratio circa Cleri Gallicani iudicium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. Dei, servandam esse dispositionem
 A. C. 1656. Concilii Tridentini: quintam vero
 propositionem suppositis quoque pri-
 vilegiis nullam mereri censuram,
 hanc tamen propositionem non esse
 prædicandam nec publice docendam,
 sicut nec præcedentem censuit. Verum
 hanc exceptionem Clerus Gallicanus non
 recepit, sed utramque propositionem
 non tantum hoc anno sed & anno 1700.
 damnavit.

§. CXV.

*Senonensis Archiepiscopi Declaratio
 circa Cleri Gallicani iudicium.*

*Relat. des
 delib. du
 Clerge p. 81.
 Vid. supra
 §. 27. p. 90.*

Hoc item anno in iisdem Cleri Galli-
 cani comitiis Gondrinus Senonen-
 sis Archiepiscopus plene omnibus circa
 quinque Jansenii propositiones a Clero
 deliberatis subscripsit: Hic enim æque
 „ac Choiseullius Convenneſis Episcopus
 „in nupero Præſulum Conventu ante
 „biennium habito declarabant, quod
 „Cleri iudicio, quo præfatas propoſitio-
 „nes in ſenſu Jansenii a Papa fuiſſe
 „damnatas declaratum, ex animo ſub-
 „ſcribere non poſſent, eo quod ſolius eſſet
 „Pontificis ſuam interpretari Conſtitu-
 „tionem, nullusque de vero illius ſenſu
 „certus eſſe valeret, donec legitime
 „fuiſſet explicata: nihilominus tamen
 „cum

„cum ceteris Præfulibus duntaxat ideo Sæc. XVII.
 „suum apponerent chirographum, ut A. C. 1656.
 „reverentiam huic confessui debitam
 „exhiberent, necnon concordiaë spiri-
 „tum, pacemque in Ecclesia illibate
 „servandam tuerentur, quin tamen
 „propterea doctrinam S. Augustini circa
 „gratiam, Prædestinationem, & liber-
 „tatem lædere intenderent., Displi-
 „cuit summopere ceteris Franciæ Præ-
 „fulibus, hæc utriusque Episcopi de-
 „claratio, quam in comitiis hoc anno
 „habitis congregati Præsules prælegi
 „iusserunt, Senonensem impense rogan-
 „tes, ut hac super re cum quinque Præ-
 „fulibus speciatim nominatis maturius
 „conferre velit. Horum igitur rationi-
 „bus, cum Senonensis plene convictus
 „esset, altera die in secunda Sessione in
 „pleno Patrum confesso palam declara-
 „bat, „quod ultro a priori sua declara-
 „tione pridie lecta recederet, seque
 „Pontificiæ Constitutioni juxta verum
 „ejus sensum in comitiis ante biennium
 „die vigesima octava Martii explica-
 „tum, eodemque anno a Papa confir-
 „matum sese subjiciat, & quidem non
 „solum ex reverentia, pacisque amore,
 „sed quia se ad id ex conscientia teneri
 „agnoscat., Hæc Archipræsulis de-
 „claratio incredibili gaudio affecit Cle-
 „rum Gallicanum, qui etiam Episcopum
 „cum

Sæc. XVII Convennensem tum absentem per epistolam hortari voluit, ut & ipse quantum A. C. 1656. cius parem transmitteret declarationem. Nec his adhuc erat contentus Senonensis Archiepiscopus, sed ut animi sui sinceritatem luculentiori testimonio comprobata redderet, insuper juramenti formulæ, quam a Petro de Marca Tolosano Episcopo confectam Clerus a cunctis signari præceperat, anno hujus sæculi sexagesimo primo subscripsit.

§. CXVI.

Gravis contentio P. Valeriani Magni Capuccini cum Jesuitis.

Vid. supra l. 202. §. 101. t. 61. p. 724. Korthold Hist. Eccl. p. 910. Apolog. Valer. Jam supra retulimus disputationem Rheinfelsinam, in qua P. Valerianus Magnus Capuccinus, præter alios duos ejusdem Ordinis Religiosos cum Prædicantibus coram Ernesto Hæsiæ Landgravio decertabat, atque inter alia assererat, quod *Primatus Romani Pontificis non possit probari ex solo sacro textu.* Inde vero Heterodoxi tripudiandi ansam arripuere, perinde ac ipsimet Catholici hunc articulum scripto Dei Verbo haud inniti faterentur: Capuccini vero apud Catholicos inculcabantur, quod doctrinam non Catholicam, sed pravam & propemodum hæreticam Principi Ernesto instillassent: Pro-